



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

39 Cambiorum futurorum interesse, postu bullam Pij V. non potest certificari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

possit pluris, quam valeat. c. in ciuitate, & cap. si. de vfur. Et incertitudo, an pensio domus maior, vel minor sit futura, facit, vt creditor possit accipere fructus pinguiorcs pro vfuris, l. si ex pactione, C. de vfur. Et mens aliquem redditum annuum, vel menstruum ad vitam ementis, efficit, vt emptor, simul tum viuat, iuste percipere possit multo plus, quam sit pretium, quod dedit, quia dubium est, quanto tempore viuet, vt ait Oldrad. conf. 27. & Decius conf. 123. & periculum perdendi totum facit, vt pactum accipiendi centum ab vno cum pactione reddendi 200. Si post annum visa Roma, redierit in patriam, sit licitum. Et mutuum datum alicui ea lege, vt si moriatur intra sex annos, nihil ei reddatur, & si viuat, sex annos reddatur ei mutuum datum, & centum pro militario, iustum est; quia nihil recipit ultra sortem ui mutui, sed solum ob periculum perdendi sortem.

DECISIO XXX.

Ex conf. 26. alias 7. de verb. signi.

**30** Ans alteri pecuniam ea lege, ut quotannis certum quid ei soluatur, & si durante societate moriatur morte naturali, pecunia esset accipientis; si postea obijt mortem per cussus calce cuiusdam equi, aut alio simili casu, potest mortui hæres iuste pecuniam illam repetere, uel iam repetitam retinere, ex eo quod communiter mors illa non reputatur naturalis, sed uolenta, instrumenta uero societas de morte naturali intelliguntur.

DECISIO XXXI.

Ex conf. 27. deest in Nouis.

**31** Societas contracta super officio, in quo unus ponit illud, & alter dimidium ualoris eius dat officiali cum pacto, ut danti dentur decem, uel duodecim certi lucri pro centenatio pecuniar, saluo suo capitali, licita est ex Nauar. in Man. c. 17. nu. 251.

DECISIO XXXII.

Ex confil. 28. deest in Nouis.

**32** Mens scuta leuioris ponderis minori pretio Romæ, & quæ ibi ob defectum ponderis non expenduntur communi pretio, & eadem cum lucro uedens ituris extra urbem, quibus tanti ualent hæc scuta leuioris ponderis, ac si essent iustissimi ponderis (cum in alijs prouincijs Italiae etiam scuta minoris ponderis aequè bene expenduntur, ac si iustissimi ponderis essent) sic uendendo peccat, licet enim non emat ea minoris, quam ualeant, & emptori ualebunt tanti in alia prouincia, quanti emit, & forte pluris, quia tamen venditio rei non iustificatur ex utilitate, quam emptor percipiet ex illis, sed ex utilitate, quæ uenditor, ex ea prouenit, vt ait S. Th. 2. 2. qu. 77. artic. 1. & pluris ea uendit quam ualent in loco, ubi ea uendit, ex Nau. in Man. c. 23. num. 77. 78. peccat, & aut eis, quibus uendit, si eos inuenit, aut eis non inuenit, pauperibus illud auctarium restituere tenetur. Quamuis enim qui emit in vno loco monetam minoris ualoris, & potate, uel mittere possit eam ad alium locum, ubi pluris ualeat, non tamen illam in eodem loco, alijs pluris, quam ualeat, uendere possit.

DECISIO XXXIII.

Ex confil. 29. alias 19.

**33** Vendens domum, & ob dilationem solutionis ultra pretium iustum aliquid ab emptore recipiens, v furam committit, nisi illud ratione damni emergentis, aut lucri cessantis accipiat.

DECISIO XXXIV.

Ex conf. 30. alias 4. de emptio. & uenditio.

**34** Mercator merces suas aliquanto pluris uedens, etiam uel tra pretium rigorosum, vt eo pluri proxoneta dato qui emptoris ad eius tabernam ad ducit, eum sibi magis officiosum reddat, timens ne emptores secus ad alios mercatores diuertant, peccat mortaliter, & ad restituendum emptoribus tantum, quantum iusto pretio rigoroso addiderit, tenetur; eo

quod emptorem deceptit. & iniuste læsit, ex Nau. in Man. c. 23. num. 77. Proxoneta uero nec peccat, nec restitutioni subijctur.

DECISIO XXXV.

31. deest in Nouis.

Ex conf. 32. (alias) 17.

34. deest in Nouis.

**35** Sicut emptio, & uenditio rei ultra dimidium iusti pretij facta non solum iure naturali, diuino, & canonico, sed etiam Casateo, iniusta, & rescisibilis est; cap. cum dilecti. de empt. & l. 2. C. de rescin. uendit ita uenditio pretio longè in iusto maiore propter dilationem solutionis iniqua est, & vltra palliata. cap. in ciuitate de vfur. Soc. lib. 6. de iusti. q. 4. art. 1. & Naua. in Manual. cap. 16. nu. 206. & 210. Nec eam consuetudo, qua in aliquibus locis id solet fieri, excusat.

DECISIO XXXVI.

Ex conf. 33. alias 2. de locato, & conducto.

**36** Societas qua quis locat centum oues alteri ad quinquenium pro pensione centum Iuliorum, & quinquaginta caseorum in singulas annos, ea lege, vt finitis quinque annis, conductor reddat totidem aequè bonas, exceptis, quæ perirent fulgure, vel vna certa infirmitate, iniusta, & usuraria est, non solum ob pactum reddendi aequè bonas oues post quinquennium, & consequenter sortem principalem, & ultra illam centum Iulios, & quinquaginta caseos; sed etiam quia conductor in hoc casu obligatur, vt teneatur de omni culpa leuissima, & de omni casu fortuito, excepto: cū fulminis, qui tamen de iure communi non nisi de culpa lata, & leui tenetur.

DECISIO XXXVII.

Ex conf. 35. alias 14.

**37** Vendens granum in vno mense, uel aliquid aliud uendibile soluendum in alio mense, pretio quo in illo ualebit, non potest iuste accipere pretium summum quo ualebit alio quo die illius mensis, sed pretio medio, quo illo mense ualebit, contentus esse debet ex Nau. in Man. cap. 17. num. 241. vt pretium summum, quo ualuerit alio die illius mensis fuerit viginti, & minimum quo ualuerit alio die, sit decem, uenditor solutione quidecim contentus esse debet.

DECISIO XXXVIII.

Ex conf. 6. & 10. in Nouis eadem sunt, & desunt in antiquis.

**38** Quamuis aliquid principaliter ratione mutuationis, aut pro dilatione termini ad soluendum debiti a debitoribus accipi non possit, c. si fœneraueris, l. 4. qu. 3. & c. consuluit de vfur. quia tamen utrunque interesse, tam lucri cessantis, quam damni emergentis etiam ante moram stipulari a mutuante sine usura poterit, l. 3. §. ult. ff. quod certo loco mercator, qui mutuatur alteri pecuniam soluendam certo die, si die non soluatur mutuatarium ad uerisimile interesse, quod intra illud spatium soluendum fuisset, sine usura obligare potest.

DECISIO XXXIX.

Ex conf. 7. in Nouis, deest in antiq.

**39** Cambiorum futurorum interesse post Bullam Pij V. incip. in eam pro nostro, & est constit. 148. in ordine, nec certificari potest, nec super eis pacisci, vt cambio vno finito, aliquid tecambium currete incipiat, nec vt pecunia restituatur in loco, quo pecunia cambio accipitur, ex Nau. in Man. ca. 17. nu. 300. sed neque creditor a suo debitor saltem in foro exteriori stipulari potest, vt interesse cambiorum, & recambiorum ad tot pro centum soluat.

DECISIO XL.

Ex conf. 16. in Nouis, deest in antiq.

**40** Vendere carius, aut uilius emere, quam res ualeat, ob dilatatam, uel anticipatam solutionem, nec mercatoribus maritimis, nec pastoribus, nec mercatoribus lanarum